

pura aliquoties abluendus , leniter exficcandus , & servandus est. Liquor a filtratione restans residuo in sartagine adfundatur antimonio iterumque coquatur , ac de reliquo , ut in priori labore , procedatur. Hic labor cum eodem antimonio multoties iterari potest , adfusa , dum deficit , nova aqua , & post singulas coctiones nova semper obtinebitur dicti pulveris portio , quæ portiones omnes , ut supra monitum , tractandæ , tandem comfiscendæ , & servandæ.

LAPIS CAUSTICUS.

¶. Calcis vivæ part. iij.

Extinguantur cum sufficienti quantitate aquæ , cui injice

Cinerum Clavellatorum depuratorum part. j.
Miscela moveatur bacillo ligneo , & filtretur per chartam bibulam. Lixivium inspissetur in sartagine ferrea in massam salinam , omni aqua orbata , quæ , dum super igne iterum fluit , illico effundatur , vel in modulos , vel super laminam frigidam. Indurata & adhuc calida citissime indatur vitro exactissime claudendo.

LA-

LAPIS INFERNALIS.

℞. Argenti cupellati limati q. pl.

Dissolvatur in Aquæ fortis purissimæ sufficieni quantitate.

Evaporetur leni calore ad medietatem. Ex frigefacta solutione tollantur crystalli, & serventur. Sic pergitur in evaporatione repetita, donec omne argentum in crystallos coiverit. Has omnes crystallos injice in crucibulum, evapora denuo ad siccitatem lenissimo calore; simul ac iterum fluit massa, effundatur in modulum calefactum seboque illitum. Refrigeras lapis eximatur, & servetur in vase bene clauso.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

℞. Olei vitrioli optimi libr. j. Spiritus Vini rectificati libr. iij. Oleum Vitrioli instilletur Spiritui Vini, relinquatur miscela per aliquot horas in quiete, dein destillando abstrahantur circiter librae duæ, cessandum videlicet a distillatione, antequam Spiritus sulphureus volatilis prodire incipit.

LIQUOR CORNU CERVI

SUCCINATUS.

R. Salis Succini volatilis q. pl.

Aqua communis q. f. pro salis frigida solutione.

Saturetur Spiritu Cornu Cervi rectificato, interdum bacillo agitando, donec non amplius effervescent.

Et liquorem serva.

LIQUOR SEU OLEUM MYRRHÆ

PER DELIQUIUM.

R. Myrrhæ pulveratae q. pl.

Misceatur cum dupla portione Albuminis Ovi ad duritiem cocti, & minutim conscissi; miscela pauca aqua calida irrigetur, & sacculo linteo inclusa suspendatur in loco humido, ut Myrrha hac ratione liquefacta in vitrum sacculo suppositum depluat. Singulis unciis liquoris hujus adde conservationis gratia, ne mucorem contrahat, Spiritus Vini dr. j. Et serva.

LI-

LIQUOR MERCURIALIS

AQUA PHAGEDÆNICA.

℞. Mercurii sublimati corrosivi dr. j.

Terendo in mortario vitreo adfunde succive

Aquæ Calcis vivæ recenter paratæ lib. j.

Misturam serva in lagena vitrea.

LIQUOR SEU SAL VOLATILIS

OLEOSUS.

℞. Spiritus aromatici libr. ij.

Salis ammoniaci vinosi libr. β.

Olei Caryophyllorum dr. ii.

Macis dr. j.

Cinnamomi dr. β.

Misceantur.

LIQUOR SALIS TARTARI

ſive

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM,

℞. Salis Tartari quantum libet.

In-

Indatur sacculo linteo conico, & in loco
humido suspendatur, ut deliquescentia in vas
suppositum depluere valeat.

Hic liquor & loco LIQUORIS NITRI FIXI
adhibetur.

LIQUOR SAPONATUS

sive

AQUA OPHTHALMICA

cum Sapone.

R. Vitrioli albi unc. β.

Saponis Veneti dr. iiij.

Aquæ fontanæ libr. jj.

Coquantur in vase terreo ad consumtionem
quartæ partis, ut libra una & dimidia rema-
neat; refrigeratus dein liquor filtretur, & ser-
vetur.

LIQUOR TERRÆ FOLIATAE

TARTARI.

vide sub TERRA FOLIATA TARTARI.

LIQUOR VISCERALIS.

R. Extracti Chamædryos.

Cichorei.

Tri-

Trifolii Fibrini.

Martis pomati ana dr.. iij.

Spiritus Nitri dulcis.

Essentiæ Corticum Aurantiorum ana unc. ij.

Aquæ Corticum Citri unc. vj.

Stent in loco temperato ad Extractorum
solutionem, & liquor filtretur, ac servetur.

LOOCH DE PULMONE VULPIS.

v i d e

ELECTUARIUM PECTORALE.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM.

Fieri potest ex tempore, excipiendo vi-
delicet SPECIES DIAIREOS sufficiente quantita-
te EMULSIONIS AMYGDALINÆ cum AQUA
FOFNICULI recenter factæ in formam Ecleg-
matis paulo spissiorem; ne diutius ejusmodi
mistio asservata, ut communiter accidere solet,
acescat.

MAGISTERIUM

v e l

LAC SULPHURIS.

R. Hepatis Sulphuris q. pl.

Sol-